# M. Antonij Argentea Græca.

In una parte.

1. Corona pampinea uidetur, in qua media Canistri summo ori (nam eleuatum paulò cernitur operculum) serpens se ingerere uelle uidetur, sese mirum inmodũ inflectens, absq; ulla adscriptione.

In alia

Jouem fulminatorem, nudum, læui coopertũ strophiolo post tergum deuolitante, uideo. una fulmen habens, altera aquilam, basi insistens, duobus serpentibus flexuosis ima parte inter sese innexis sustentatur. Mirum in M. Antonium & Cleopatram intelligamus. Supra Jouem. ΚΥΔΑΣ. ad Latera. ΚΡΗΤΑΙΕΩΝ. Infimo loco. ΚΡΗΤΑΡΧΑΣ. Argenteus hic nũmus aliquando apud Bonum Venetum Aurifabrum mihi demonstratus fuit.

In una parte.

2. M. Antonius cernitur, læuo uultu, aperto capite, cum circumscriptione græca. Μ. ΑΝΤ. ΑΡΜΕΝΙΑΣ ΚΑΤΑΔΟΥΛΩΣΕ.

In altera.

Cleopatra occurrit, uelata caput, læuo ore, cum specioso titulo. ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΑΙΓΙΠΤΟΥ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ. Nummum eum argenteũ domi meæ habeo.

M. Ant.